

AD IUVENTUTEM MUSIS DICATA
 tam Hieronymus Bavarus, Matthiæ
 Schenkij olim discipulus.

TRadētes quæris bona, jure Terentius autor
 Censetur talis, discere lector avens.
 Si juvat Aufonias formas didicisse loquēdi
 Singula si puro promere verba stylo:
 Si juvat eventus hominum cognoscere miros,
 Et subito lætum, quod modò triste fuit:
 Si cupis humani generis perdiscere mores,
 Consilium juvenis, consiliumq; senis:
 Si cupis insignes animo comprehendere gnomas,
 Quas etiam doctos haud didicisse pudet:
 Autor hic intentâ, lector bone, mente legendus
 Hicce manu cupidâ sæpè terendus erit.
 Sæpe terendus erit; crebrò tere, lecta q; Cura,
 Ut, quo sint sensu percipienda, scias.
 Hoc tibi præstabit Germanica, juncta Latinis,
 Heupoldi studio, versio docta, bono.
 Quæ patriæ multum poterit prodesse juventæ,
 Cuius Pieridum pectora cura subit.
 Mente igitur gratâ munus cape, Teutona pubes
 Uteréq; Heupoldi, quem dedit ipse, libro.